



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

4. Executor an possit nudam facti executionem alij demandare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

verbum perfectionem significat: & idem probat. c. tua. eo. tit. & l. Lucius. S. à te peto. ff. de leg. 2.

† Secundum commodum, quod postquam 4 ipse commissarius personas elegit & deputauit executionem meri & nudi facti, potest alij committere: etiam si à testatore non reperiretur esse concessum: ar. ca. is qui. de offi. deleg. libr. 6. Et eodem modo, si erogatio fieri deberet certa rei & certo loco: per illum tex. aliàs debet ad implere per se: vt ca. tua. ibi: per manus eorum & l. nulli. C. de episcop. & cler. vel per alium, ibi, pro sua conscientia. & ita tenent Arch. Ioan. And. & Dom. in d. c. si. §. 1. lib. 6. & Ioan. An. in addi. Specu. de instr. edi. §. nunc verò aliqua. versi. hoc dictum. & incipit: querit Nico. & Olden. consi. 295.

† Tertium commodum est, quod causam agit 5 sine sumptibus: vt l. nulli. §. 2. ibi, sine vllò dispendio iudiciorum. C. de episc. & cle. & c. charitatem. 12. q. 2. ibi: nihil, de reb. eccle. quasi perficiendi inuentarij labore tollatur. Quod est intelligendum, de iudicum
 †expensis